Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Rector & Concilium Academiæ Rostochiensis Civibus Suis Studiosis S. : P. P. Sub Sigillo Rectorali Academico ... d. XXVI. Julii Anno MDCCXXXIII.

Rostochii: Adler, 1733

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791108902

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Leges etc
Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn791108902/phys_0001
DFG

Universitäts-Archiv
Rostock, Sign. R I A 4

R I A 4

K. l. — 47. 1-69.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn791108902/phys_0002
DFG

28

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

26 Jul. 733

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791108902/phys_0003
DFG

RECTOR & CONCILIUM ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS CIVIBUS SUIS STUDIOSIS S.

DElatæ ad nos ſunt, & tantùm non quotidie deferuntur, quas non niſi ſumma cum averſatione excipere poſſumus, de nimiùm exorbitante quorundam Veſtri Ordinis protervitate &, â qua nec publico Supremi Numinis cultui ſacrata tempora locaque immunia ſunt, piis omnibus ſummopere deteſtandâ, qualem vel Gentiles, verum DEum ignorantes, falſorum ſuorum & confictorum numinum metu ac reverentiâ ducti, abhorrent, petulantia, querelæ diverſorum graviſſimæ. Nec tamen ignotæ cuiquam Veſtrûm eſſe poterunt Leges, quibus in Civium Academicorum numerum recepti, ſanctè jurisque jurandi loco ſtipulatâ manu, obſequium præſtandum polliciti eſtis, *ab omnibus negotiis, quibus profanari dies Dominicus poſſit, in ſacra cumprimis æde, abſtinere, & indecoras ibi confabulationes ac deambulationes ſedulo cavere*, jubentes. Quam autem parum haud pauci earum obſervantes ſint, jam olim experti, non intermiſimus, quod officium noſtrum poſtulat, ante biennium, in Programmate Pentecoſtali, Concluſum eam in rem promulgantes, in Paſchali hujus ipſius Anni Programmate repetitum. Quod eum, quem exſpectavimus, inſolentium quorundam in animis effectum non habuiſſe, quia comperimus, non poſſumus non, quin illud integrum, cum extenſione quadam, quam ingraveſcens nonnullorum improbitas nobis extorſit, heic renovemus, cum ſtrictiſſimè ſervandum, tum omni, quem Leges injungunt, rigore exequendum. Eſtque id ejus tenoris:

QUisquis Studioſorum in poſterum in æde ſacra, quæcunque fuerit, durante publico Divini Numinis cultu, obambulare, aut extra Concionis horam, præſertim inter preces, cantica, ſacræ Dominicæ Coenæ adminiſtrationem, aut cum ſacerdotalem benedictionem Verbi Miniſter Populo impertitur, capite tecto conſpectus fuerit; Quisquis &, quamdiu ſacer ad Eccleſiam ſermo habetur, inter eundem templum ingredi, anteque finitum eum ex illo feſtinare auſus, eundo redeundoque, vel quâvis aliâ ratione, ſive verbis ſit ſive facinoribus, inſolenter ac inverecundè ſe geſſerit, aut quamlibet exercendo petulantiam aliis offendiculum præbeat; IS SINE MORA AD BIENNIUM EX HAC NOSTRA SOCIETATE LITERARIA EXCLUDENDUS, SINEQVE ULLA REDEMTIONIS AUT INTRA TERMINUM ISTUM RECEPTIONIS SPE, RELEGANDUS ERIT.

Cumque jam aliquoties publicis quoque Programmatibus moniti fueritis, ut decori Vos magis, ac fit, obſervantes exhiberetis, ægre, profecto! ferimus, quod multi Veſtrûm non ſolum togis domeſticis (Schlaff-Röcke vulgo dicuntur) induti majorem per urbis partem incedunt, ſed &, quò magis indecori ſtudioſum ac amantem animum demonſtrent, in aperta luce multarumque honeſtarum & in dignitate viventium perſonarum conſpectu, complures plateas tranſeuntes herbæ nicotianæ fumum attrahere non verecundantur: cujus tamen eos, vel ideò, quod non niſi viliſſimæ conditionis & de infimâ plebe hominum, quid deceat vel minus, parum aut nil quidquam curantium, iſte mos eſt, ſponte pudere deberet. Nullâ quidem ratione veſtram Vobis invidemus commoditatem: attamen, ut honeſtatis atque decori Vos juxta ſtudioſos præbeatis, cupimus, eaque propter Vobis ſignificamus, ſi quis in poſterum indecentiam decori ſtudio talibus auſis præferre deprehenſus fuerit, in eum, pro re natâ, propter monitorum noſtrorum ſive neglectum ſive contemtum, & abinde dependentem inobedientiam, certò ſeveriterque, quin &, ſi contumaciam fortaſſe comitem habuerit, vel publicâ Relegatione, animadverſum iri. Valete!

P. P. SUB SIGILLO RECTORALI ACADEMICO,
Domin. VIII. poſt Feſt. Trinit. d. XXVI. Julii
Anno MDCCXXXIII.

ROSTOCHII, Typis IO. IACOB. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typographi.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791108902/phys_0004
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791108902/phys_0006
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn791108902/phys_0007

IV. Qui cantitantes vel vociferantes per plateas vagantur, vel in diuerſoriis publicis, immo & in tricliniis priuatis aera concentibus implent, prima quidem vice noxam octo dierum carcere, & commenſalis communis inſuper unius menſis carentia, luent. Quod ſi poſt hanc correctionem incorrigibiles ſe prodant, conſilio abeundi, [illegible]t, necesſitas emigrandi eis imponetur.

V. Eidem poenae obn[illegible] qui nouitios vel directo cogunt, vel per ambages a[illegible]elliciunt ad conuiuium veteranis parandum, quo adue[illegible]odo pecunia emunguntur, ſed prauis quoque ſodalitii[illegible]r. Reliqui vero hoſpites, qui ſumtu nouitii epulati ſ[illegible] dierum carcere coercebuntur, iis, qui menſa commu[illegible], per octo dies inſuper ab iſto beneficio excludendis, [illegible]enarum conuiuia, quo inebriationes & exinde oriund[illegible]ones & rixae tanto efficacius impediantur, abhinc pl[illegible]ta ſunto.

VI. Poenae legum tr[illegible]bus iudicialiter decretae a Rectore & Concilio nec mi[illegible]c mutandae, nec omnino remittendae, ſed ad tenor[illegible]ae, ſine vlla deprecatione executioni mandandae eru[illegible]

VII. Nocturnos ſtrep[illegible]s, tumultus & alia, quibus incolarum vel perſonae [illegible]untur, facinora, immo & clamores inconditos vel [illegible]ti iam ſeuerae leges inhibuerunt: ita earum violat[illegible]ubitoribus, quibus cura ſecuritatis nocturnae & tran[illegible]emandata eſt, deprehenſi cuſtodiae militari tradentur [illegible] manebunt, vsque dum Rector Academiae vel de e[illegible]isſione, vel in carcerem

acade-